



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

III. Confirmatio Privilegiorum & Indulgentiarum pro Fratribus Ordinis  
Minorum S. Francisci de Observantia in Terra Sancta, aliisque qui dictam  
Terram incolunt, aut eo devotionis causa peregrinatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

rus Jacquer Presb. Rupeforten. Leodien. Dicces. Canonic. Metropolitanæ Ecclesiæ Cameracen. Amadeus Capitanei Laicus Vercellen. Dicæc. Jacobi S. Sixti Rospiugiofi.

Valentinus Bigorie Clericus Dicces. Tolosanæ Prior S. Maria de Gondrecuria Tullen. Dicæc. Decanus Nanneten. & Abb. SS. Trinitatis Lucerne Abricen. Dicæc. Abb. Attus Melanus Clericus Pistor. Franciscus Herbet Cleric. Sueffonen. Theodosii Emanuelis Buglioni.

Hieronymus Martinez de Alarion. Clericus Matritensis Toletan. Dicæc. Joannes Roman à Fonte Presbyt. Ofcanus Toletanæ Dicæc. Christophorus Martinez laicus Cæsaugustanus. Ludovici de Porto Carrero.

Vincentius Piottus Presbyter Typhernat. Philippus Baronius laicus Roman. Carolus Franciscus Gandulphus Laicus Mediolanen. Francisci Nerlii.

Jo. Dominicus Corradus Clericus Firmanus. Marcus Antonius Perfectus laicus Sarzan. Dicæc. Caroli Cerri.

Abb. Carolus Tinellus Presb. Arimin. Joannes Aloysius laicus de Monte Causario Firman. Dicæc. Franciscus Abbundantius laicus Fanensis, Lazarus Pallavicini.

Jo. Baptista Carpanus Presbyter Vercellen. Dicæc. Nicolaus Salleveranus cleric. Taurinen. Dicæc. Joannis Bonæ, Presbyterorum S. R. E. Cardinalium.

Ugo Maffeus clericus conjugat. Volaterranus, Sanctinus Fanciolus Presb. Roman. perpetuus Beneficiat. Bafilica S. Marie Majoris de Urbe, Egidius Brunacchius laicus de Caprarola Civitatis Caffellanæ Dicæc. Francisci S. Marie in Via lata Maidalchini.

Jo. Mossivius Outrelouxhe clericus Leodien. Ferdinandus Fridericus Baro de Hohenech laicus Moguntinus, Franciscus Haim laicus Augustanus. Jo. Fridericus Ganfer laicus Constantien. Dicæc. Friderici Sancti Nicolai in Carceri Tulliano de Hassia.

Carolus Albanus laicus Urbinas, Jo. Cecius clericus Abb. Sublacen. null. Dicæc. Caroli S. Cesarei Barberini.

Canonicus Stephanus Ricciardus Presb. Firmatus, Matthæus Paßanus laicus Tiburtinus, Decii S. Euſtachii Azzolini.

Jo. Vincentius Condinus Presb. Ripanus, Philippus Capriolus laicus Roman. Jacobi S. Maria in Cosmedin Franzoni.

Abb. Hilarius Mazzocchius Presb. Romanus, Simon de Amicis laicus de Camerino, Francisci Mariae SS. Viti, & Modesti Mancini.

Paulus Franciscus Scottus Clericus Narnien. Hieronymus Benignatus clericus de Rocca Contrada Senogallien. Dicæc. S. Angeli in Foro Pilicium Celfi.

Ciccolinus de Ciccolinis Eques S. Jacobi de Spata, Maceraten. Paulus Racchellius cleric. Spolitanus, Pauli Sancti Georgii ad Velum Aureum Sabelli.

Hieronymus Ugrigerius Eques S. Stephani, Senen. Fabritius Cecinus Presb. Florent. Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Frigidi ejusdem Civitatis Florentiæ, Paulus Cenninus laicus Florentinus, Leopoldi SS. Cosmae, & Damiani Medicis.

Abb. Guido Passioneus cleric. Forosemptron. Bernardinus Guerrinus laicus Perusinus, Sigismundi S. Mariae in Domnica Chisii.

Fatinellus de Fatinellis clericus Lucensis, Joseph Blasius Laicus Ferrariensis, Nicolai Accioli.

Abb. Anibal Simonettus cleric. Auximan. Bernardinus Felicius Clericus Callien. Bonaccorii. Diaconorum S. R. E. Cardinalium nuncupatorum.

Carolus Vienius Presb. Senen. Sebastianus Ve-

tonicus Presb. de Corinalto Senogallien. Dicæc. Joseph Montius cleric. à Balneo S. Sepulchri Dicæc. bo. me. Sciponis tit. S. Sabinæ Card. Ilcii nuncupati defuncti.

Ferdinandus Ximenes è Societate Jesu Florentinus Confessarius.

Abb. Dominicus Cappellus de Accumulo Presb. Asculanus, Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Anastasia de Urbe, cum prædicto Reverendiss. D. D. Phœbeo Archiepisc. Tarsensi.

Frater Mag. Carolus Bonetus Ord. S. Augustini cum dicto Reverendiss. D. Sacrista.

Vincentius Cecchius Presb. Ripanus cum dicto Secretario Sac. Collegii.

Joannes Veranus laicus Vintimillien. Custos Fontis, & Aquarum Conclavis.

Cæsar Manuccius Perusinus, Cæsar Macchiatus, Firmanus Medici Physici.

Gabriel à Porta de Villafranca Sarzan. Dicæc. Jo. Baptista Pierius è Scrofano Pientinæ Dicæc. Chirurgi.

Jo. Petrus Paulutius Pisauren. Aromatarius. Blasius Mansuetus Laicus Narnien. Dicæc. Jo. Franciscus de Nicolis de Terra S. Jo. Imperfici Bonon. Dicæc. ejus Auxiliatores.

Gaſpar Mazzantes Fanen. Joseph Tiberius de Quadrus Romanus, Barbitonores, Antonius Rofellus Firmanus, Dominicus Altimanus de Vignola Mutinen. Dicæc. eorum Auxiliatores.

Franciscus Gualdus Faber Lignarius. Donatus Corsius Faber Cæmentarius.

Laurentius de Laurentiis à Petra Sancta Luccen. Dicæc. familiaris Magistrorum Cærenomiarum.

Antonius Comus, Joseph Coletta, Pasqualis Honorantes, Joseph Honorantes, Leonardus Christianus, Antonius Cavallonus, Jo. Antonius Brufchettus, Jo. Franciscus Zonus, Jo. Dominicus Zonus, Paulus Antonius Brunus, Jo. Maria Re, Jo. Lufettus, Antonius Felicetus, Jo. Baptista Christophorus, Gaspar Baldus, Carolus Antonius Gunetus, Antonius Piscis, Franciscus Catenacci. Jo. Maria Catenacci, Bartholomæus Onginus, Bartholomæus Tognetus, Petrus Eustachii, Jo. Brunellus, Paulus Barroccius Scopatores Conclavis.

Confirmatio Privilegiorum & Indulgentiarum pro Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Terra Sancta, aliisque qui dictam Terram incolunt, aut eo devotionis causa peregrinantur.

*Similem confirmationem habes supra in Constitut. 5. Alex. VII. & Clem. IX. Constitut. 10. Piis.*

#### CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Plis Christi fidelium votis ex quibus sacrorum locorum venerationem, & animarum salutem provenire conspicimus libenter annuimus, & illam quantum nobis ex alto conceditur favoribus Apostolicis confoveremus.

*S. I.* Cum itaque sicut dilectus filius Jacobus à Jesu Maria Frater expresè professus Provincie Valentini. Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Commissarius, & Procurator Generalis in Romana Curia totius Familia Terræ Sanctæ Nobis nuper exponi fecit ipse ad ejusdem Terræ Sanctæ subfidium, eorumdemque Fratrum inibi vineam Domini assidue excollentium, & sacrae loca venerantium subventionem, necnon ad spiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis causa peregrinantium consolationem, & profectum omnia, & singula, gratias, privilegia, Indulgentias hucusque sacræ ejusdem Terræ Sanctæ locis Aposto-

lica

III.

Proemium

Supplicatio

ANNO  
1670.

CLEMENS DECIMUS.

299

ANNO  
1670.

Confirmat  
prout in rub.

lica auctoritate concessa, & confirmata per Nos eadem auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret.

**S. 1.** Nos desiderio hujusmodi annuere ipsum que Jacobum specialibus favoribus, & gratia prosequi volentes, & à quibusvis excommunicacionis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiastici sententiis, censuris, & poenit. à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodus existat, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Omnia, & singulae privilegia, concessiones, facultates, indulcta, indulgentias, ceteraque gratias spirituales, & temporales eisdem locis, & illa visitantibus, necnon d. Ordinis Guardiano, & Fratribus in dictis partibus degentibus per quoscumque Romanos Pontifices predecessores nostros, ac Sedem Apostolicam in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet concessa quatenus sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, sacrisque Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Concilii Tridentini decretis non adversentur Apostolica auctoritate tenore praesentium, confirmamus, & approbamus, ac perpetua, & inviolabilis Apostolicae firmitas robore communius, ac omnes, & singulos tam juris quam facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint supplemus.

**S. 2.** Necnon insuper omnibus, & singulis eorumdem Fratrum interpretibus nunc Hierosolymis, Bethlehem, & Nazareth existentibus, & viventibus in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenit. & confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen IESU ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

**S. 3.** Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Junii 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

IV.

Privilégia, Exemptiones, & Indulta, Dapiferis, qui in Conclavi sua Assumptionis S. R. E. Cardinalibus inservierunt, concessa.

Similia Privilégia induxit Clemens IX. Confit. 3. Nos volentes.

Edita An. D.  
1670.

Causa In-  
dulti.

Dapiferi cre-  
ans Com-  
mendat, &  
Notarii Apo-  
stoli.

CLEMENS PAPA X.

**M**otu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios nostros, dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa, labores, vigilias, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, & privilegiis, pro cuiuscumque meritis exornare, ac eosdem Dapiferos, & eorum singulos.

**S. 1.** Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, certaque scientia nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine in veros, indubitos, & non fictos familiares continuos Commensales nostros, & eos qui ex illis Clerici existunt, seu militæ Clericali adscribi desiderant, quoque tres ex præfatis Cardinalibus in quolibet ordine anti-

quiiores gradu, Nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in Nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore praesentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui signillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerunt, Sacri Palati, & Aulæ Lateranen. Comites, & Milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque Dapiferos indistincte, qui Nobiles non sunt, Nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus, temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam signillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros Originarios, & antiquissimos, & nobiles participantes Civis ipsius Urbis, vel Civitatis.

**S. 2.** Ita ut ipsum jus Civitatis ad quoscumque in eorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituius, & deputamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis titulo, honore, & insigniis decoramus, aliorumque Familiarium continuorum commensalium Nobis acta in Palatio nostro Apostolico servientium, & in illius Tinello comedientium, & bidentium nostrorum, & Sedis Apostol. Notariorum, Palatiique, & Aulæ prafatae Comitum, Militum, & Nobilium, & Civium hujusmodi Originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatibus, & non fictis Familiaribus continuis commensalibus, ac Notaris nostris, Comitibusque, & Milibus, Nobilibusque, ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessiobus, & litteris, tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtam concernent. se Familiares, continuos commensales nostros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Cives, & Originarios nominari, nec propterea impetrations, concessiones, & litteræ ipsæ subreptionis virtus subjacent, sed validæ & efficaces existant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuscumque, prorsus similibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, & declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, Indulsiis, ac iuribus, quibus alii nostri Familiares tempore dictæ Assumptionis nostra ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii eisdem Sedis Notarii, etiam de numero participantes, existentes, etiam si habitum, & Rocchettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique & Aulæ prædictæ Comites, & Milites, ac Nobiles Originarii, & Antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint quicunque ex utroque Parente vere Nobili, ac Cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali Privilégio, seu alias etiam per quacumque litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in Judio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licetè valeant realiter, & integrè in omnibus, & per omnia etiamsi in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint perinde, ac si de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativa, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, Indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus Originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & origina-

Nobiles, &  
Cives:

Jus Civitatis  
ad hæredes  
transfert:

riae

Indulg. plen.  
in mortis ar-  
tic. concedit.

Contraria  
removet.

Dat. P. An. I.  
die 11. Jun.

Universitäts-  
Bibliothek  
Paderborn